UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Sponsus spiritualis silicet Christus magis diligendus est, quàm carnalis, quinque rationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

ra putatis mereri ſupplicia,&c. Vnde Gregorius. Vltima tribulatio, multis tribulationibus præuenitur, & per crebra mala,quę præueniunt, indicantur perpetua,quę ſubſequentur. Grego.

Sponſus ſpiritualis,ſilicet,Chriſtus magis diligendus eſt,quàm carnalis,quinque rationibus.

PRima eſt, quia nunquam ſeparatur à nobis. Matt. Ero uobiſcum uſq; ad conſummationẽ ſeculi, &c. Secunda eſt, quia frequenter recipit reuertentem. Hier. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, reuertere tamen & ego ſuſcipiam te, &c. Tertia eſt, quia non quærit dotem, ſed potius dat. Dedi eis frumentum, uinum, & oleum, argentum, &c. Quarta eſt, quia affectuoſè diligit eam, ſilicet animam ſponſam eius. Vnde Paulus. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit uos, &c. Quinta eſt, quia pulcherrima dat dona. Apoc. 12.

Ma.ult. Hier.3. Oſeæ.2 Ephe.5 Coloſſ.3 Apo.12